



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 85. Colloquium ob Calvinistarum pertinaciam dissolutum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

ad tranquillitatem regno reddendam Sæcul. XVI.  
 jam unum, alterumque amicum collo- A.C. 1567.  
 quium satis, superque fore creditum est,  
 adeo, ut Franciæ Regina cunctis hisce  
 machinationibus incassum adhibitis con-  
 sentire coacta esset, quatenus de pace  
 cum Calvinistis fancienda ageretur. Ad  
 hos igitur Rex ipsum Connestabilem ab-  
 legabat, unacum Francisco istius Fi-  
 lio, & Acturo Cossæo Gonnorio, Ar-  
 mano Gontaldo Birono, & Claudio Al-  
 baspineo, qui ab epistolis erat: porro  
 colloquium instituebatur prope Capel-  
 lam, medio inter urbem, ac Diouysii  
 fanum itinere, quo mox Condæus Prin-  
 ceps unacum Coliniis fratribus, Vice  
 Domino Carnutum Saulio Comite, &  
 Canio venit: cum autem hi rebelles  
 pacem pertinacius respuerent, hinc præ-  
 sens quoque colloquium non minus, ac  
 priora omni successu caruere.

### §. LXXXV.

#### *Colloquium ob Calvinistarum perti- naciam dissolutum.*

Præprimis Protestantes Religionis suæ Davila t. 4.  
 libertatem per universum Regnum pag. 200.  
 non facto locorum, ac personarum Thuan. l.c.  
 discrimine, nec addita quavis condi- Mezeray  
 hift. de  
 tione, neque posita restrictione sibi France t. 2.  
 concedi pertinaciter urgebant: ast, pag. 965.  
 si hanc propositionem nonnihil mode-

**Sæcul. XVI**  
A.C. 1567

rati essent, Connestabilis alioquin quietis publicæ oppido studiosus, hoc pacto concordiam firmare, quantum in ipso erat, paratum sese exhibuisset: attamen Calvinistæ rebelles, postquam de pace agi cognoverant, petulantiores effecti ampliora, quam antea proposuerant, postulabant: unde ob eorum pertinaciam utrinque re infecta discessum, bellumque continuatum est.

### §. LXXXVI.

#### *Bellum utrinque adornatum.*

**Thuan.** l. c. Itaque Carolus IX. inter hæc arcta pre-  
**Bellef.** l. 610. hensus missis ad omnes Provin-  
105. ciarum Gubernatores Nuntijs copias,  
**Castell.** l. 6. quotquot possent, conscribi jussit: vi-  
cap. 6. cissim vero Calvinistæ ubique militum delectum habebant: eapropter utrinque rursus ad prælii necessitatem deuentum, atque intra exiguum temporis spatum Staraparum urbs occupata, & Dordinga in ditionem accepta fuit: postea autem rebellēs, cum pontes, ac portas Parisiensi civitati vicinas regiis copiis obfessas cernerent, easdem prope sancti Clodoaldi oppidum aggrediebantur, & die vigesima quarta Octobris eorum copiæ navibus ad id paratis Sequanam trajecerunt, atque inde fine ullo discrimine ad S. Audoeni oppidum per venerunt, ubi eas Colinius Architha-  
lassius